

nasset, atque cum Basilio in PIETATIS
Dogmata feliciter introduxisset.

IV.

Sed Quartum nunc accedamus. Magistri
tam egregii Discipulum, atque singula-
re Gymnasii huius Sacrosancti ornamen-
tum; Id D. HILARIUS PICTAVIENSIS
est, de cuius Juvenili in devorandis literis
secularibus ardore, flagrantissimo (ante
conversionem suam) profanae Sapien-
tiae studio, & longe lateque exundantis elo-
quentiae flumine, quilibet calculum ferre
poterit ex eo, quod insignis Hilarii aestima-
tor Hieronymus (h.) eum *Latinae Eloquentiae
Rhodanum* dicere non dubitaverit, cum tan-
quam flumen illud totius Galliae rapidissi-
mum Sapien-
tiae suae eloquia emisserit; nec
minus in sua ad Paulinum Epistola idem
Hier. de eodem scripserit: *Gallicano Co-
thurno attollitur, ET cum GRÆCIÆ
FLORIBUS ADORNETUR, lon-
gis interdum periodis involvitur, &c.*
Et in Epist. ad Romanum Oratorem Hila-
rium Quintiliani libros & stilo & numero
imita-

(h) *Pref. super Ep. Pauli ad Galat.*